



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Pisan. Archiepiscopo, Episcopo Vrbinati, Camaldulen. & S. Fridiani
Prioribus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20006

NOBILI VIRO

R. de Agout.

nostris & fratrum nostrorum disposuimus subvenire. Vnde si quid forsitan in literis nostris, quas vobis direximus, continetur, per quod congregatam pecuniam ad nos mandaverimus destinari, id non ex intentione nostra, sed nimia occupatione processit, qui quanto intendimus pluribus, tanto minus sollicitè possumus de singulis cogitare: licet id non recolamus sic expressè mandasse, sed nostræ potiùs intentionis fuisse, ut summa collectæ pecuniæ nobis deberet per literas intimari. Ideoque discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus quatenus cum secundum formam literarum, quas ultimò vobis direximus, pecunia fuerit in prædictæ terræ subsidium congregata, ex ea per diocesanos Episcopos, secundum discretionem eorum, & duorum fratrum, unius militiæ Templi, & alterius Hierosolymitani Hospitalis, quos ad hoc cum Episcopis per vos præcipimus deputari, militibus & aliis cruce signatis, si tamen egerint, non ad superfluitatem, sed necessitatem potiùs faciatis stipendia ministrari. Si quid verò residuum fuerit, id secundum dispositionem nostram & consilium aliquorum de fratribus memoratis, vel in stipendia militum, vel alias necessitates terræ Hierosolymitanæ, dante Domino convertetur. Datum Laterani XIII. Kal. Decembris.

*CONSTANCIÆ IMPERATRICI
gloriose Regnæ Sicilia, ac carissimo
filio Friderico illustri Regi Sicilia, eorumque
heredibus in perpetuum.*

Super gentes & regna divina providentia constituti, ut evellamus noxia, & salubria cum Propheta plantemus, sic ad universas provincias nostræ considerationis aciem extendere volumus, & circa eas piæ sollicitudinis studium exercere, ut sopitis turbinibus tempestatum, quas parit mater diversitas, servent ad invicem mutuæ caritatis affectum, & in veræ pacis vinculo gubernentur. Porrò specialiter & præcipuè specialem ac præcipuam sollicitudinem circa regnum Sicilia nos convenit adhibere, quod in apostolica sedis ferventiùs hætenus devotione permansit: ad quod etiam inclytæ recordationis R. quondam patris, W. fratris, & W. neporis tuorum Regum Sicilia, filia Imperatrix, grata memoria nos inducit, qui

H h

*Epist. 408.
Vt Comitem
Forcalcarien-
sem ad sacrum
bellum invitet.*

Ad meritum tibi profecisse credimus, & ad gloriam proventurum, quòd nobilem virum W. Comitem Forcalcarien. à pluribus (sicut accepimus) revocasti, quæ iniquè meditatus fuerat in corde suo, & disposuerat iniquiùs operari. Licet enim universis malitiis ejus resistere non potueris, aut mentem ejus peccatorum suorum mole depressam erigere ad virtutes, magnum tamen & tibi meritorium reputamus ab aliquibus revocasse hominem hætenus pestilentem, & in aliquo saltem pravum ejus propositum retardasse. Ne quid ergo tuo studio desit, immo ut ex bono principio finem inferas meliorem, nobilitati tuæ per apostolica scripta mandamus, & in remissionem injungimus peccatorum, quatenus Comitem memoratum moneas diligentius & inducas ut in manibus dilecti filij R. Massilien. Præpositi Subdiaconi nostri, quem ad hoc specialiter destinamus, super his pro quibus est excommunicatione notatus, plenam satisfactionem impendat, & absolutionis beneficium consecutus, dominicam crucem assumat, & ad vindicandam injuriam crucifixi ad partes se transferat transmarinas. Si enim ipsum Domino potueris tua commonitione lucrari, & ad viam reducere veritatis, in præsentem tibi cedet ad famam, & in futuro ad gloriam proficiet sempiternam.

*PISAN. ARCHIEPISCOPO,
Episcopo Vrbinati, Camaldulen. & S.
Fridiani Prioribus.*

*Epist. 409.
Quod collectam
pecuniam non
in suos usus, sed
ad utilitatem
publicam Pon-
tificis converte-
re velit.*

Cum ad exhortandos fidelium populos ad obsequium Iesu Christi & tubveniendum orientali provincie, illius terræ necessitas & utilitas totius populi Christiani, immo etià causa Christi solummodo nos inducant, non ex hoc propria lucra captantes, in quo potiùs de nostris proposuimus liberaliter elargiri, nec quæ nostra sunt, sed quæ Iesu Christi quærentes, non est ab aliquo præsumendum quòd ea quæ à fratribus & coëpiscopis nostris, & tam Prælati quam subditis Ecclesiarum, in opus tam pium erogari mandavimus, propriis velimus usibus applicare, aut aliorum eleemosynas cupiditate qualibet terræ sanctæ subtrahere, cui potiùs de

*Epist. 410.
De Regum Si-
ciliæ erga Ro-
manam Eccle-
siam observan-
tia, deque Pon-
tificis in illos
voluntate.*